

XXXVII
Mattei Scutar Ven
1498










XXXVII

Conradi

Mediol 1479

&

Mapheus Ven 1498



Eusebii Conradi Mediolanensis Canonici Regularis Congregationis Lateranensis breuis annotatio in errores scribentium sanctum Augustinum fuisse heremitam Ad Sixtũ ·iiii ·Pont·Max·Et Ad Cardinales· presertim sui temporis omnes·

i N pauca conferam Pater Beatissime ac Reuerendissimi Principes Cardinales: christiani orbis domini: quę duobus in libris comperi falsis ambagibus: nugisq; diffusa longissimis ut nõ tam Apostolice diligentie die noctuq; super commisso sibi fidelium grege uigilanti: quam etiam uobis in curam totius orbis Pontifici Maximo astantibus: ac ceteris in partem solicitudinis aduocatis liceat atq; libeat legere & iudicare· mendacia: falsitates: ac maledicta in duobus libris scripta: quę fidei & moribus sunt inimica christianis Pastores estis omnes sub uno uero Christi pastore Grex Christi a uobis sine canibus tuto custodiri non potest·Catellus uester ego sum: iam pridem predicationis & modo prelationis uocatus officio· assisto pedibus uestris· Vobis quiescentibus dormitare non debeo imo uigil ac ueluti sagax canis non



latrare nō possum cū uiderim duos non dicā yrcos sed edos a sinistris uestris stantes & aduersus christi anas oues insurgere: quę a dextris uestris sunt posi te: cornuaq; sua pducentes & ungulas. Cornua sunt septem: conclusiones septem omī pte falsissime: & un gule sunt ut cū quib9 terrā scalpant: quasq; cornibus impetere nō poterūt: uel puluere puersi dogmatis illarū possint oculos obcecare: ne uideant quo uadāt & ī tenebris que noluerint seducant. Clamabo igit ac ueluti catellus uester acerrimus latrare nō desinā quo ad rauces fiant fauces meę in deo sperās ut pas tores euigilent & tandem uideant cornua ista vii conclusiones falsissimas in inuolucris duorū diffuse librorū. Clamabo sane usq;quo spūs membra ista me a tenebit: ut exerta & protenta yrcorū istorū cornua uideantur: precidantur: & ad nihilum redigantur ne christianarū ouium simplicitas ab illis impetat ne gregis christi ordo turbetur: ne peruersis scriptu re interpretationibus quasi ex cauato e terra pulue re obcecate oues christi dispergantur: & que nesciūt aut noluerint abducantur: ubi pascua venenate doc trine percipiāt. Ego equidem Catellus ut leo adero si uigilantibus a uobis in yrcos productus fuero: & non tam clamoribus infestos ouibus hostes premon strabo: quem etiam animi uiribus ueluti dentibus

inimicorum gregis christi cornua petam & admo-
tis auctoritatibus sanctorum quasi mallis meis eorum
cornua conclusionesque istas septem a ueritate alienas
festinato demoliar rationibus fretus & uestra prestan-
tantia lectus: & quod plus est sanctarum scripturarū
dignitate munitus omnia illa falsa contritaque ante
oculos uestros & ad nihilum redacta monstrabo.
Accipite queso primo cornua christianis moribus &
ueritati contraria: que sunt conclusiones quas frater
Paulus Bergomensis in suo libello descripsit: quasque
frater Ambrosius Coriolanus ordinis heremitarum
Generalis in septem reduxit: & in scriptis inde illarum
suis imitatus predicauit & dilatauit. Has ille septē
conclusiones ueritates appellat. quas ego etiam per
antifrasim ideo ueritates appellabo: quoniam nihil
in illis ueritatis comperi potest: Nec est: quod falsis-
simum & nequissimum hac doctrina magis dici rec
tius possit sicuti in sequentibus apparebit. Deinde
attendite conclusiones istas falsas in principio sui li-
bri qdē breues: postea uero diffusas: q̄s ego suis ppri
is uerbis explicare curabo: subiciēdo paucis uerbis
nr̄is rōnes: qbus clarius falsa ab omibus q audierīt eti
am lr̄as ignorantibus iudicari cōpendiose queāt qm̄
in libro nr̄o respōsali ad librū fr̄is Ambrosii Gn̄alis
supdcī ad oīa & fere ad sigl'a uerba diffusa ē sermōe

2

responsum atq; probatum omnia eius dicta uel fri-
uola esse uel falsa. Sanctitatem igitur uestram Pa-
ter Beatissime: ac Reuerendissimorum Cardinaliu;
Principum christiani orbis dignitatem exoro ne p-
legere dedignentur quam arenosum fundamentum
ruiuam minans. auctores isti duo dicti in doctrina
rei publice christianę proiecerint: quasq; stipulas
super edificare conati sint: quę in conspectu facilis
uenti sane doctrine stare non poterunt: sed ignem cō
burētem uidentur expetere: quē nemo nisi tuo iussu
Pater beatissime illorum operibus ut dignū est po-
terit admouere: nec nisi inique poterit inhibere.

Conclusiones vii. falsissime quę p antifrasim ueri
tates appellatę sunt. hee sunt que sequuntur: quibus
tot9 liber fratris Ambrosii coriolani. Generalis he-
remitarū innititur.

Prima ueritas ē dicta. Sanct9 Augustin9 doctor
ecclesie & hypponensis Antistes uere fuit heremita
indutus nigra cuculla & cinctus zona pellicea. Hec
conclusio falsissima est: ex eo q habet tres partes om
nino falsas. Prima pars falsa est. q Augustinus fuit
heremita: ut ipse frater Ambrosi9 scribit in libro suo
in folio vii. & linea xxi. & folio viii. linea xxiii. & fo
lio xii. linea xxii. & in folio lxxxi. linea xi. Et ista
pars prima huius prime conclusionis probatur &

probabitur falsa. Primo ex loco: qa uere heremita non est ubi nō est heremus: sed mediolani non erat heremus: ergo ibi uere heremita esse non potuit: ut ille in libro suo dicit. Scdo ex tempore Augustini pbabitur falsa: ut in sequēti secūda parte cōclusiōis prime apparebit. Tertio pbabitur falsa ex scriptura: Quia nō legitur q Augustinus fuerit heremita nisi in certis sermonib9 intitulatis ad heremitas fal sis qde3 & falso illi attributis ut in conclusionibus sequentibus & maxime in vii. appebit Scda pars Conclusionis prime est q Augustinus fuit baptizatus anno etatis sue. xxx. ut habetur ī libro supradicti fratris Ambrosii in folio. xii. in linea. xxii. Et secūda parte libri eius. in folio. viii. linea. xxiiii. & in folio. lxxxi. linea. x. Et hec est falsa contra doctrinā catholicā Augustini in libro Solilloquior inter se & rationē & in libro de Achademicis in fine ubi dicit ipse de se ipo q cathecumin9 erat & ānor. xxxiii. & ī agro Mediolanēsi ī uilla ubi scripsit plures libros et Eplas ut rfert in. ix. cōfes. li. Tertia ps Conclusionis prime est. q Augnstinus cū baptizabatur fuit indutus nigra cuculla & cinct9 zona pellicea ad differentiā monachorum. Et ista est falsa q̄ scribitur in secūda parte libri fratris Ambrosii in folio. viii. b. in linea. xxiiii. q etiā sanctus Ambrosius

3

sanctū Augustinū baptizans dederit illi habitū Pauli primi heremite & hoc idem habetur ī sermone ad heremitas intitulato de filio ꝓdigo: qui est in libro supradicti fratris Ambrosii generalis in folio ·lxxxi linea.x· Et ista tertia pars cōclusionis est falsa & cōtra catholicam Ecclesie consuetudinē approbatā q̄ uestiebātur antiquitus baptizati albis & non nigris uestibus: quod testantur auctoritates sanctorū Ambrosii Augustini & Rabani & alioꝝ doctorū & sanctorum ut in libro nostro ad libruꝫ fratris Ambrosii responsali diffuse monstratum est: & dictū ꝙ propterea Sabbatū in albis illud temporis dictū est ꝓpter baptizatos albis indutos .Nec erat habitꝰ Pauli primi heremite nigra cuculla: sed tunica intexta foliis palmarū & colobium ut in uita eius habetur & xix·q·iii· c.Perlatū.ꝗ·econtra· Ex ista cōclusione in suis tribus partibus falsa & reprobata sequuntur quasi correlarie multe alie conclusiones false in ipso libro fratris Ambrosii posite·& alique infra ponent exempli & ꝓbationis causa: ut cognoscatur ab oībus breuiter q̄ ꝑuersa & falsa doctria sparsa & diffusa sit in libro ipsius fratris Ambrosii: in quo corrupit & truncauit & ꝑuerse interp̄tatus est textus sermonuꝫ Augustini de moribus & uita clericorum & uitam illius: quam scripsit sanctus Possidius Kalamēsis

Episcopus in plusquam uigintiquinq; locis ut suas conclusiones septem dictas falsis & falsatis scripturis approbare ut ueras uideretur.

Prima cóclusio falsa q̄ correlarie ex pria pricipali sequitur.est. Augustinus fecit unam regulam heremitis āno etatis sue.xxx.sub āno domini.ccccviii. ut habetur in libro fratris Ambrosii i folio.xi.linea v.& linea.xxxiii.aliam etiam regulam secundā fecit heremitis anno etatis sue.xxxii.sub anno Natiuitatis domini.ccccx.ut habetur eodem libro in folio. xi.linea.xxiii.& in folio.lxii.linea.i.ꝙ ista conclusio sit falsa & impossibilis claret:falsa:quia Augustinus erat cathecuminus ut dictum est supra in secunda parte conclusionis prime anno.xxxiii.etaris sue. Impossibilis est:quia si anuo domini .ccccviii. erat annorum.xxxi.In anno domini.ccccx.esse non posset solummodo annorum.xxxii.ut patet:sed esse deberet.xxxiii.

Secunda Conclusio correlaria que sequitur est. ꝙ ille scripture que sunt sermones ad heremitas. Et Epistola Sigisberti:& sique alie inueniuntur que dicunt Augustinum fecisse duas regulas eo tempore: etatis sue antedicto.sunt false.et ideo nec in hac:nec in alia re quā dicant sunt fide digne sed ut mēdacia respuēda sunt ueris dictis sācti Augustini cōtraria.



Sequitur etiam q̄ dicta conclusio de duabus regulis dictis & datis heremitis in monte pisano: aut in centumcellis: ut habetut ī folio·lxi·et·xi·linea·v· & linea·xiii·est falsa & reprobari potest: non solum ut dictum est ratione temporis etatis Auguustini· & annorum domini·sed ratione etiam loci· Nam anno domini.ccccviii·non erat in monte pisano: nec in Centumcellis: sed in Affrica. & non iuuenis.xxxii· annorum: sed grauioris etatis Episcopus· Nam scribebat libros de Ciuitate dei·Anno domini a missione spiritussancti.ccclxv·quibus si addantur·xxxiii· a natiuitate christi erunt·ccclxxxxviii.ut ex libro de Ciuitate dei·xviii·&·c.ultimo colligitur. Nō ergo eo in loco erat Augustinus: quando regulam dedisse dicitur quam non fecit·

Sequitur etiam ex dictis alia conclusio falsa·uidelicet·q̄ quando Augustinus uenit Mediolanum filius eius Adeodatus erat annorum.viii.& Augustinus.xxx.annorum·habetur ista conclusio in libro fratris Ambrosii Generalis heremitarum in folio. lxxxv·linea·xix.excepta de Epistola cuiusdam mēdacis quem dicit Sigisbertum nominari. Ista conclusio falsa est & contra Augustini assertionem i libro confessionum nono·ubi habetur q̄ cum filius eius: Adeodatus cum eo baptizaretur erat annorum fer-

me·xv·ergo si uenit·viii·ānorū & baptizat⁹·xv·an-
norū sequeretur ꝙ Augustinus stetisset Mediolani
ānos septem:quod nō est uerū.quia qn̄ recessit Me-
diolano baptizatus:ad Affricam remenās non erat
nisi.xxxiii·annoꝝ:ut ex libro cōfessionū·ix·habet᷑·
Adde huic quod habetur in libro fratris Ambrosii
in secūda parte in folio.ix·linea·x·& in prima parte
libri in folio·lxxxv·ꝙ Augustinus baptizat⁹ stetit
uno anno cū dimidio Mediolani cū sancto Simplici
ano·& ido habuisset ānos.xxxviii·cū dimidio quā
do recessit:si habuisset quādo uenit·xxx· & postea
stetisset annos.vii. & baptizatus uno cū dimidio.
& hoc est·falsū:qa erat apud hostia Tiberina qn̄
mortua ē mater.ānoꝝ.xxxiii·ut dicit li. confes. ix.
Sequitur etiam Quinta conclusio falsa·uidelic;
ꝙ Augustinus post baptismum cecidit in ludricum
carnis & in peccatum.Nam in sermone ad heremi-
tas qui Intitulatur specialiter de Assumptione beate
uirginis introducitur Augustinus:qui loquens de
seipso dicit· Triginta annis & amplius computrui
in stercoribus peccatorum meorum·Si igitur anno
Trigesimo est baptizatus et amplius computruit:
ergo post baptismum in peccatum cecidit· Et quia
falsum est·Ideo sermo ille non est Augustini sed mē
dacis hominis.Contrariat᷑ sibiipsi frater Ambrosius

5

Nam in secundo uolumine seu parte libri sui: in folio. xii linea. xvi. & linea xviii. dicit q̄ post baptismum nunquam usus est otioso uerbo: Quomodo ergo computruisset in carne: qui nec ī uerbo deliquit. Hec exempli causa dicta sufficiant ad demonstrandam falsitatem conclusionum istarum breuiter: que in libro fratris Ambrosii sunt. & nostro libello respōsali sunt diffuse reprobate.

Secunda cōclusio: que Veritas per antifrasim dicitur. S. Augustinꝰ doctor Ecclesie fuit uerus istitutor & fundator ordinis: qui dr̄ ordo heremitarū sancti Augustini & uerus frater eiusdem ordinis. Ista cōclusio est falsa. Nam per primam regulam Augustinus non fuit fundator heremitarum nec per secūdaꝫ quas non fecit: quia eo tempore erat cathecuminus. & non erat in monte pisano nec in centumcellis ut supradictum est in secunda parte prime cunclusionis. & in secunda conclusione correlaria ad primaꝫ. Nec etiam possnnt dici instituti per sermones de uita clericorum seu per regulam Augustini que dicitur speculum: quoniam omnes illos sermones & regulam fecit iam Episcopus & senex. Et illi sermones & speculum intitulantur in decreto: & ab aliis doctoribꝰ nō de uita heremitarum: sed de uita clericoruꝫ: & nulla est mentio heremitarun.

Tertia Cõclusio quę Veritas per antifrasim dicitur est. Fratres heremitarum sancti Augustini soli ueri sunt fratres sancti Augustini. non obstãte q multi alii imitentur regulam eius. Et ordo iste precessit omnes alios ordines preter ordinem sancti Basilii. Ista conclusio est falsa quia si non sunt instituti a sancto Augustino ut dictum est supra: ideo nõ sũt proprie eius. Nec precedunt alios: sed sunt tempore posteriores: non solum fratrum predicatorum sed & minorum ut patet per doctores in. vi. de religiosis domibus. & de electi. in. c. quorundam in. vi. zc.

Quarta Cõclusio que Veritas p antifrasi dicit est. Sanctus Augustinus dum uiueret plures conuẽtus de suo ordine fratrum heremitarum fundauit. Et in illis per plures annos habitauit: & multos fratres in eis congregauit. Hec conclusio falsa patet: ex eo: q in prima conclusione probatum est q ratione etatis sue: & loci: & habitus non fuit heremita. nec habitauit cum heremitis quia Laicus erat quando Rome erat ad Affricam rediens ubi incepit librum de libero arbitrio quem finiuit in Affrica.

Quinta Cõclusio quę Veritas per antifrasim nominatur. est. Vos Canonici asserti regulares. qui nunc uaditis cum rocheto siue Camisia & cappis nigris sicut fratres predicatores non fuistis

instituti a sancto Augustino licet eius regulam imitemini nec unquã Augustinus fuit Canonicus regularis quãuis fuerit Episcopus. Ista conclusio est falsa. Nam constat clericos uiuentes sine ꝓprio profitentes uitã apostolicam primitiue ecclesie fuisse tũc clericos regulares: & modo dictos canonicos regulares. Et ꝗ Augustinus hanc professionem uite apostolice & clericatum promiserit & uouerit claret euidentius ex uita sancti Augustini quam possidius. Kalamensis Episcopus scripsit. Et ex tribus sermonibus eius de uita & moribus clericorum. maxime ex illo qui incipit. Propter quod uolui zc. ubi dicit. Qui societatem cõmunis uite iam susceptam quæ laudatur. in actibus Apostoloruꝫ deserit. a uoto suo cadit a professione sua cadit.

Sexta Conclusio. que ueritas per antifrasim appellatur est. Ordo fratrum heremitarum sancti Augustini est uere approbatus & confirmatus etiam antequam aliquis alius ordo mendicantium preter ordinem sancti Basilii. Ista conclusio est falsa: quia approbari non poterat quod non erat. nec talis ordo ab eo fuit institutus. ut dictum est in prima conclusione In secunda parte & in aliis quę sequuntur ad illam. ergo non potuit ante alios approbari.

Septima cõclusio. que ueritas per ãtifrasĩ appellatur. est Sermones intitulati ad heremitas sunt sãcti Augustini. Hec conclusio est falsa & contra catholicam doctrinam. Nam si essent sancti Augustini cõtradiceret sibi ipsi In eo q̃ dicit in sermonibus ad heremitas: & presertim in eo sermone qui intitulat' de filio prodigo. q̃ fuit baptizatus anno xxx. ętatis sue & idem refert dicere sanctum Ambrosium in sermõe de baptismo falso illi attributo. & in sermone de Cena domini ubi loquitur de habitu nigro & cingulo et zona pellicea a sancto Ambrosio datis. Et sic preclari duo isti doctores sancti non solum inuicem: sed contra seipsos etiam mentirentur: quia ut dictũ est supra in secunda parte prime conclusionis Augustinus erat anno xxxiii. sue etatis cathecuminus. Sunt in illis sermonibus multa mendacia et falsa: que partim reprobata sunt in libro nostro responsali ad literam contra librum fratris Ambrosii generalis heremitarum. Sed multo plura sunt reprobanda. Sed alio opusculo & tempore egent: ne tã falsa dogmata mentibus fidelium affigantur. Et si forte affixa fuissent ut extirpentur.

Sunt preter istas septem conclusiones principales & primas alia dicta in libro fratris Ambrosii supradicti. & fratris Pauli Bergomensis eiusdem ordi

nis heremitarũ sparsa nõ min⁹ quã q̃dragita friuola & apochripha et falsa cõtra cl'icos obꝓbriosa et contra r̃ligiosos ceteros scãdalosa.ĩ malũ exẽplũ fideliũ pniciosa: q̃ breuitatis cã hoc loco scribere ꝑtermitto: qm̃ illa in nr̃o libro respõsali ad falsidicas cõclusiões fr̃is Ambrosii respõdens diffuse reꝓbaui. De multis conclusionibus friuolis & falsis duas pono exẽpli cã ut cetera etiam uel credantur: ul' requirantur.

Vna friuola est. ꝙ sanct⁹ Augustin⁹ nat⁹ ẽ Idib⁹ decẽbris Anno Natiuitatis dñi. ccclxxvii. uixit annos. lxxvi. moritur aũt anno dñi. ccccxxxvi. Ista cõclusio ẽ ĩ secũda pte libri sui fr̃is Ambrosii ĩ folio. ii. & xiiii. ꝙ aũt sit nõ uera quãuis friuola. patꝫ. qa in libro de btã uita dicit Augstin⁹ ꝙ nat⁹ ẽ Idib⁹ Nouẽbris: nõ decẽbris. Et si natus est ãno. ccclxxvii. & uixerit ãnos lxxvi. necesse est ip̃m uixisse usqꝫ ad ãnũ dñi. ccccliii. & ideo nõ est mortu⁹ in. ccccxxxvi. ut noster cõputista descripsit. Est eni in cõputo differentia. xvii. annorum.

Alia Cõclusio ẽ: ꝙ sanct⁹ Francisc⁹ accepit habitũ a fr̃ibus heremitanis apud saxetũ ꝓpe Lauernas ubi fecit penitẽtiã. & noluit discrepare ab illis nisi in cingulo. qa minores ptant cordonũ & heremitani corrigiã. Ista cõclusio habet' in folio xxxvii. b. linea ultima. Hãc falsaꝫ cõclusionẽ & alias asserẽteꝫ Bea-

tissime Pr̄·S·tua nō corrigia sed duro cordono casti
gare dignetur. Vuam postremo aliā cōclusionē sub
itio uerissimā qua obiecta om̄ia dicentiū Augusti/
nū fuisse heremitā soluūt & conterūt & ad nihilū
redigūtur. quę hec est. Augustinus baptizat⁹ a sanc
to Ambrosio anno etatis suę·xxxiii· ad Affricam re/
diens nō erat clericus sed laicus·& Rome laicus libꝝ
de libero arbitrio cepit quē postea in Affrica presbi
ter compleuit·Ista conclusio per dicta sancti Augus
tini probatur. Et primo ꝙ fuerit baptizatus a sācto
Ambrosio habetur in libro octauo cōfessionū .c·xi·
Et clarius ī Ep̄la sua ad Casulanū·Et ꝙ anno etatis
sue·xxxiii. fuerit baptizatus patet. ex libro cōfessio/
nū nono·c·xi·Nam eodem ān̄o etiam dicit cāthecu
minus in libro de Solilloquiis suis inter se & rationē
& in libro de Achademicis ·ii·Et ꝙ rediēs ad Affri
cam nō esset clericus quāuis seruiens deo patꝫ. ex li/
bro·xxii. de Ciuitate dei·c·vii·ꝙ etiam esset Rome
laicus patet·ex libro primo Retractationū·c·ix· Et
ꝙ Laicus cepit librū Rome de libero arbitrio quem
pfecit p̄sbiter in Affrica ip̄e dicit ī libro de bono pse
uerātię·Cessēt igit̄ nugę·cessēt mēdacia dicētiū·ꝙ
sanct⁹ Augustinus fuerit heremita: quia si laicus re
diit nō fuit heremita: nec socios secū duxit Mediol'o
ad Affricā heremitas: nec ī mōte pisāo: nec ī cētūcell'

Quando enumerat libros quos fecit Laicus: quos Presbiter: quos Episcopus: nec de statu heremitico alicubi nec a se: nec ab alio fide digno mentio fiat. Sufficiat igitur Pater Beatissime ac Prestantissimi Patres et christiani orbis domini Cardinales uidisse per compēdiose fundamentum libri predicti Generalis heremitarum in vii. conclusionibus falsis ueluti in arenoso loco & ruinam minitante depositum: ac stipulis impositis edificatum & dilatatum ad igneꝫ comburentem properans & preparatum: pro eo ꝙ est in singulis conclusionibus ac pene litteris reprobatum.

Sequentia ī solemnitate sanctissimi Augustini patris canonicorum Regularium

De profundis tenebrarū
mundo lumen exit clarū
et scintillat hodie.
Olim quidem vas erroris
Augustinus vas honoris
datus est ecclesie.
Verbo dei dum obedit
Credit errans et accedit
ad baptismi graciam
Qua in primis tuebatur
Verbis scriptis execratur
erroris fallaciam
firmans fidem formans mores
legis sacre peruersores
Verbi necat gladio

Obmutescit fortunatus
Cedunt manes et donatus
tante lucis radio.
Mundus martes et iannis
et doctrinis doctus uanis
per pestem hereticam.
Multum cepit fructū ferre
Dum ī fines orbis terre
Fidem sparsit unicā.
Clericalis uite formam
conquadrauit iusta normā
cetus Apostolici.
Sui quipe nil habebant
tamē suum ꝓ diuidebāt
In comune clerici

